



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cursus Theologico-Moralis

Ad usum Tyronum elucubratus, Et in Quotidianis Prælectionibus
Quoad ea, quæ Moralis Theologia disputat De Sacramentis, & Censuris

Viva, Domenico

Patavii, 1723

Art. III. Erga quos ferri Censura possit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40650

cenfuras fit viator; unde Beatus, vel Angelus invalide cenfuram ferret, Deo aliter non difpenfante; quia, ut oftendit Hugolinus, Cenfura eft veluti gladius Ecclefie militantis. Tertio, ut fit baptizatus; cum infidelis fit incapax iurifdictionis Ecclefiafticæ, faltem de iure Ordinario. Quarto, ut non fit laicus, aut Clericus conjugatus, ut fupra diximus. Ultimo requiritur, ut dum fert cenfuram, libere illam ferat, hoc eft humano modo, & cum advertentia: Quare invalide cenfuram ferret amens, & qui nullo modo adverteret ad id, quod agit, aut non cum plena deliberatione, quæ ad peccandum mortaliter fufficeret. Ita etiam communiter Doctores apud Con. dub. 5.

VIII. Dubium tamen eft; An ad ferendam cenfuram requiratur libertas a coactione, feu an cenfura extorta metu cadente in conftantem virum fit invalida? Et communiter Doctores docent efle validam; quia univerfim tam iure naturæ, quam iure pofitivo, quæ fiunt ex metu funt valida; nifi in aliquo cafu contrarium fit iure ftatutum. Et ratio a priori eft, quia cum metu ftat libertas fufficiens ad actum humanum, ut patet; quia qui ex metu gravi, verbi gratia, mœchatur, aut fidem abnegat, peccat mortaliter.

Neque dicas, in Cap. 1. De iis, que vi, metufve caufa fiunt in 6. habetur, Abfolutionem a cenfura metu extortam efle invalidam; ergo etiam erit invalida inflictio cenfuræ, fi metu extorqueatur. Nam, ut bene Con., in iure pofitivo argumentum a pari nihil probat; Præterquamquod datur difparitas; etenim fæpe Magnates cogunt Superiores Ecclefiafticos ad tollendas, numquam vero, aut fere nunquam ad ferendas cenfuras; & ideo ne Ecclefiaftica difciplina enervaretur, neceffe fuit, ut invalidaretur cenfuræ

Part VIII.

abfolutio metu extorta, non vero cenfuræ inflictio.

IX. Dubium etiam eft; An poffit quis in caufa propria ferre Cenfuram? Et communiter respondent negative; quia nemo poteft fimul efle Actor, & Iudex; etenim qua parte eft actor, eft fubditus, qua parte eft Iudex, eft Superior; unde fimul efferet fubditus, & Superior fuimet. Præterquamquod Iudex in propria caufa facillime injuriam irrogaret parti adverfæ. Excipitur tamen cafus defenfionis, ut videre eft apud Bonac., & Filliuc., quando fcilicet aliquis cenfuram fert in illum, qui fibi manifeftam infert injuriam, feu violentiam: etenim licitum tunc eft uti propriis armis ad injuriam propulfandam, juxta illud, Vim vi repellere licet; Ita Innoc. in Cap. Dilecta, de Sententia Excommunicationis in 6.

ARTICULUS III.

Erga quos ferri Cenfura poffit?

- I. Cenfuris ligari poffunt, qui funt præcepti capaces, ac Superiorem in Ecclefia habent in rebus fpirituallibus.
- II. Mortuus folum poteft declarari excommunicatus; Et quomodo a Cenfuris abfolvatur?
- III. Brutorum excommunicatio eft potius maledictio, & imprecatio.
- IV. Impuberes non folent, licet poffint, ab homine cenfurari; Cenfuram tamen a iure latas incurrunt.
- V. Amens poteft folum declarari excommunicatus.
- VI. Communitas interdici, vel fufpendi poteft, non tamen excommunicari.
- VII. Ligatus una Cenfura poteft & alia ligari, ac divifibiliter ab iis abfolvi.
- VIII. Quandoenam poteft fubditus unius Diœcefis ab Epifcopo alterius Diœcefis abfolvi.

B

60

cessis excommunicari?

IX. Quando Episcopus Censuris ligare potest suum subditum in aliena Diocesi delinquentem? Et quid, si hic delinquat in loco exempto?

X. Num Edictum ferens excommunicationem comprehendat illos, qui post promulgationem talis Edicti acquirunt in eo loco domicilium, vel quasi domicilium?

XI. Quid requiratur, ut aliquis fiat subditus alicujus Episcopi in ordine ad recipienda Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ? Quid in ordine ad suscipiendum Sacramentum Ordinis? Et quid relate ad Censuras, ita ut ab eo possit censuris ligari? Ubi de Peregrinis, & Vagis.

I. CERTUM est, omnes, & solos præcepti capaces, qui in Ecclesia habent superiorem in rebus spiritualibus posse ligari censuris. Et ratio est manifesta, quia sicut qui potest ferre censuram, debet esse superior habens in foro externo jurisdictionem Ecclesiasticam; ita qui potest censurari, debet esse subditus tali jurisdictioni, & simul præcepti capax: Etenim censura fertur dumtaxat in contumaces, qui culpæ, & emendationis sint capaces; quare qui præcepti capax non est, contumax esse non potest, & consequenter nec potest censura ligari.

Hinc sequitur primo, Papam, utpote nulli in terris subditum, censurari non posse, nisi forte a Concilio in eo tantum casu, quo in hæresim incideret, ex *Cap. Si Papa dist. 40.*, ubi dicitur: *Papa a nemine est judicandus, nisi deprehendatur a fide devius*: Tunc enim deponi potest a Concilio, ut est certum, Et probabiliter ante depositionem per censuras compelli potest ad respiciendum.

Secundo sequitur, censurari non posse non baptizatos, utpote Ecclesiasticæ

jurisdictioni nullatenus subiectos, dicente Apost. 1. ad Corint. 5. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?*

Tertio, nec pueros ante usum rationis, utpote præcepti incapaces; & eadem ratione nec amentes, ebrios, dormientes, furiosos, necnon eos, qui actum sub censura prohibitum faciunt sine actuali advertentia, & libertate requisita ad peccandum mortaliter, dummodo talis actus non fuerit voluntarius in causa.

II. Quarto, nec mortuos, quibus a Superiore humano nihil præcipi potest.

Contradicunt tamen Riccard., Gabriel, & alii Canonistæ; tum quia in *Cap. Si quis Episcopus, de heret. præcipitur*, ut propter quædam delicta, verbi gratia, propter hæresim, saltem post mortem aliqui anathematizentur; tum etiam, quia si potest quis post mortem absolvi a censura, poterit pariter ea post mortem irretiri. Sed communiter respondent cum Suarez, hic, post mortem posse aliquem dumtaxat declarari excommunicatum vel propter hæresim, vel quia mortuus est in lupanari, vel propter aliud simile crimen, ut privetur suffragiis, & Ecclesiastica sepultura. Unde patet discrimen inter excommunicationem latam in vivos, & in mortuos. Nam dum mortuus excommunicatur, solum declaratur excommunicatus, & directe præcipitur vivis, ne pro eo orerent, aut illum in loco sacro sepeliant: Unde indirecte mortuus privatur communicatione passiva fidelium: Contra tamen quando excommunicatur vivus, directe præcipitur illi, ut absteineat se a communione fidelium, & a perceptione Sacramentorum; indirecte vero præcipitur aliis, ne cum eo communicent. Eodem modo sicut mortuus excommunicatur per hoc, quod præcipiatur fidelibus, ne pro

pro eo orent; ita mortuus aliquando absolvitur a censuris, quatenus permittitur, ut alii in loco Sacro illum sepeliant, & pro eo orent.

Hinc fit, quod si excommunicetur homicida, & Petrus deinde vulneret graviter Paulum, ex quo vulnere hic postea decedat, Petrus tamen ante mortem Pauli moriatur, Petrus in tali casu non incidit in excommunicationem; non quidem incidit ante mortem, cum nondum fuerit homicida; nec post mortem, quando moritur Paulus; quia Petrus tunc mortuus non potest incidere in excommunicationem; unde potest in loco Sacro sepeliri, & pro eo potest orari.

III. Sequitur ultimo, nec Bruta posse censuris ligari: Neque dicas, aliquando ab Ecclesia excommunicari locustas. Nam, ut notat Suar. disp. 5. sect. 1., verbum excommunicandi, & anathematizandi in tali casu sumitur pro maledictione, execratione, & detestatione; in quo sensu usurpatur etiam contra dæmones in exorcizandis obsessis: Et Apost. in eodem sensu ad Galat. 1. ait: *Qui aliud evangelizaverit, quam quod ego, anathema sit, etiamsi sit Angelus.* Quare excommunicatio locustarum est potius imprecatio, qua precamur illis interitum, ut nobis nocere desinant.

IV. Quæritur nunc primo; An Impuberes post septennium doli capaces censuris ligari possint?

Respondeo, Sayr., Ugol., & alios apud Bonac. negare; quia ante pubertatem non percipitur ordo iudicialis. Verum communiter affirmant cum Suar., Vasq., Henr., & aliis apud Leand. disp. 3. quæst. 57., quia cum culpam committere possint, cui censura est annexa, non est cur censuram non incurrant; cum nullo jure ab ea inveniantur exempti: Et certum est ex Suar., quod si populus interdicator, etiam impuberes doli

capaces comprehendantur, quatenus possunt, & etiam (secluso Interdicto) tenentur die festo interesse Sacro. Verum univèrsim non expedit, per censuram latam ab homine impuberes censurari, quia, ut loquitur Con. virg. potius, quam censuris Ecclesiasticis sunt coercendi.

V. Quæritur secundo; An amens incidere possit in censuram?

Respondeo, ut supra diximus, negative; tum quia peccare non potest; tum etiam quia censura est pœna Ecclesiastica medicinalis, quæ respicit emendationem delinquentis; amens autem emendari non potest. Verum si quis incidat in amentiam post patratum delictum, cui est annexa excommunicatio, potest deinde ob antecedentem contumaciam declarari excommunicatus. Exempli gratia, si Petrus mandet Sorti, ut Clericum occidat, & deinde incidat in amentiam, quando Sortes occidit Clericum, tunc Petrus amens incidit in excommunicationem, & potest declarari excommunicatus. Volunt tamen Doctores cum Suar., Laym., Palao, quod in casu perpetuæ amentia debeat statim absolvi, etiamsi ante amentiam non dederit signa pœnitentiæ; quia pœna hæc medicinalis non convenit ei, qui nullo pacto corrigi potest.

VI. Quæritur tertio; An possit Communitas aliqua Censuris ligari?

Respondeo, quod sicut potest aliqua Congregatio, vel Capitulum ferre Censuras, ita potest pariter Censuris ligari, atque adeo suspendi, aut interdici; non potest tamen, ut docet Con. dub. 6., per se, & immediate excommunicari; quia sic posset contingere, quod innocentes talis communis excommunicentur; quod jura reputant inconueniens: Possunt tamen omnes, & singula personæ talis Communis excommunicari, si nocentes sint, sive propter idem, si-

ve propter diversa crimina; ut habetur in *Cap. Romana, de Sententia Excommunicationis in 6.*; Ubi notat Hurt. disp. 12. de Excommunicatione difficult. 2. , decretum hoc Innoc. IV. procedere de Excommunicatione lata ab homine, non vero de excommunicatione juri annexa: Verbi gratia, si in jure excommunicetur, qui mandat bellum injustum, & Respublica aliqua tale bellum indicat.

Quod si censureretur aliquis vage, dicendo, Excommunicamus, vel suspendimus unum ex iis, qui furtum commiserunt, non determinando personam, censura est invalida; quia ex intentione ferentis determinari debet actio ferendi Censuram: Possunt tamen excommunicari omnes, verbi gratia, qui furtum commiserunt; quia jam censura cadit supra personas determinatas, esto non exprimentur in individuo.

VII. Quæritur quarto; An ligatus una censura possit iterum alia etiam ejusdem speciei ligari?

Respondeo cum communi affirmati-ve: Sicut enim qui plura mortalia committit, potest pluribus titulis privari gratia Dei; ita qui pluries est contumax Ecclesie per transgressionem legis obligantis sub poena Censuræ, plures Censuras non solum diversæ, sed etiam ejusdem rationis incurrere potest; seu potest pluribus titulis privari, verbi gratia, communione fidelium, sepultura sacra, &c.: Cum eo tamen discrimine, quod plura mortalia non possunt seorsim tolli, sicut plures censuræ; quia mortalia tolluntur per gratiam impossibilem cum quovis mortali, secus vero Censuræ.

Hinc sequitur primo, quod qui ob percussione[m], verbi gratia, unius Clerici in excommunicationem incidit, iterum in aliam excommunicationem incidat, si alium Clericum percutiat.

Sequitur secundo, quod universim

quando peccata multiplicantur numero, tunc multiplicentur pariter numero excommunicationes illis annexæ: Quare quia quando quis uno ictu percutit pluries Clericum, unum numero committit peccatum, ideo unam excommunicationem incurrit; & quia quando quis successive cum mortali interruptione pluries Clericum percutit, plura peccata committit, ideo plures excommunicationes incurrit.

Sequitur tertio, quod si lata sit excommunicatio in fures, & in sacrilegos, & aliquis furetur in Ecclesia, sicuti per circumstantiam hanc mutantem speciem veluti duo peccata committit, furti, & Sacrilegii, ita duas pariter excommunicationes incurrit; Et quia in *Clem. I.* prohibetur sub excommunicatione sepelire in loco Sacro vel publice excommunicatum, vel nominatim interdictum, aut tempore interdicti in casibus non concessis, vel publicum usurarium; hinc si quis sepeliret in loco Sacro aliquem, qui simul esset publice excommunicatus, & nominatim interdictus, & publicus usurarius, triplicem excommunicationem incurreret.

Sequitur ultimo, quod si quis percutiat aliquem, qui simul sit Clericus, & Monachus, unam excommunicationem incurrat; quia circumstantia Clerici, aut Monachi non est diversæ speciei; unde sicut non debet id in confessione aperiri tamquam novum peccatum, ita nec nova excommunicatio incurritur.

VIII. Quæritur quinto; An qui delinquit in aliena Dicecesi, possit Censuris ligari ab Episcopo illius Dicecesis, in qua delinquit; Verbi gratia, Petrus Neapolitanus delinquit Nolæ, potest ne ab Episcopo Nolano excommunicari?

Respondeo; Vel Petrus Neapolitanus existit in Dicecesi Nolana animo ibi perpetuo permanendi, aut saltem per

per majorem partem anni, vel non: Si primum, potest excommunicari, quia habitatio cum animo perpetuo permanendi facit domicilium, & cum animo permanendi per majorem partem anni facit quasi domicilium; & quilibet per domicilium, & probabiliter etiam ex Con. per quasi domicilium in aliqua Diocesi, fit in tali Diocesi subditus; unde potest, sicut alii subditi, censurari: Quod si non fit Nolæ cum animo ibi permanendi perpetuo, aut pro majori parte anni, iterum subdistingendum est: Nam vel Petrus delinquit in materia prohibita jure naturali, aut divino, verbi gratia, furando, fornicando, &c.; vel delinquit in materia prohibita per statutum, aut præceptum particulare Episcopi Nolani. In hoc secundo casu non potest censuris ligari; quia cum peregrinus non teneatur legibus loci, in quo versatur, per violationem talis statuti, quo non tenetur, nullo pacto delinquit, adeoque nequit ratione delicti sortiri forum Nolanum. Ita Con. dub. 7., & Hurt. diff. 9. ex Cap. *A nobis, de Sententia Excommunicationis*. In primo vero casu, si scilicet Petrus Neapolitanus Nolæ furatus est, potest ab Episcopo Nolano cogi sub excommunicatione ad satisfaciendum; quia ratione talis delicti Nolæ commissi sortitur forum Nolanum; ut docent communiter Doctores apud eundem Con., & Hurt. loc. cit. ex Cap. *ult. de Foro Compet.* Quod si post delictum statim e Diocesi Nolana proficiscatur, dummodo ante egressum fuerit legitime citatus, adhuc alibi existens potest ab Episcopo Nolano excommunicari; quia ratione iudicii inchoati retinet hic Episcopus jurisdictionem in illum: Si tamen non fuerit legitime citatus ante egressum, poterit ad requisitionem Episcopi Nolani citari a proprio Episcopo, qui requisitus tenetur illum citare, & si non

respondeat, ut tenetur, poterit ab Episcopo Nolano excommunicari, ut docet Avila part. 2. disp. 2. dub. 3. cum aliis.

Adverte tamen ex Con. num. 52. contra Glossam, quod si Episcopus Nolanus excommunicet omnes furantes in sua Diocesi, & Petrus Neapolitanus furetur Nolæ, ubi est peregrinus, non incurrit excommunicationem; quia furando solum peccat contra legem naturalem, non vero contra præceptum Episcopi Nolani, cui non est subditus: Nec ratione talis delicti fit subditus Episcopo Nolano, nisi tantum in ordine ad punitionem; unde solum cogi potest sub excommunicatione ad satisfaciendum.

IX. Queritur sexto; An possit Episcopus censura ligare suum subditum delinquentem, & existentem in aliena Diocesi?

Respondeo negative. Ita Con. num. 61. cum communi ex Cap. 2. de *Constitutionibus in 6.*, ubi dicitur, *Statuto Episcopi excommunicantis fures non ligari eos, qui extra Diocesim furantur; quia extra territorium jus dicenti non paretur impune*. Quod si extra territorium existens aliquo tamen pacto in eo delinquat, potest censurari: Verbi gratia, si Episcopus statuat esse excommunicatos omnes Parochos, qui per duos menses a sua Parochia sine justa causa absunt, tunc si Petrus Parochus sine justa causa absit per duos menses, etiamsi alibi existat, poterit excommunicari; quia aliquo modo intra Diocesim peccat per absentiam ab illa; Ita Doctores communiter apud eundem Con.

Ex quo resolves primo, quod Episcopus nihil possit valide præcipere, aut vetare existenti extra Diocesim: Exempli gratia, non potest suis Sacerdotibus præcipere, ne faciant Sacrum, ne ludant aleis extra suam Diocesim, esto possit illis ex justa causa præcipere, ne

ne e Dicecesi egrediantur. Ita Con., Avila, Henr., & alii contra Laym. hic cap. 4. num. 7. ex Suar., Sà, Ugo- lin. Ratio est, quia, ut diximus, *Extra territorium jus dicenti non paretur impune*, ex laudato cap. 2. de *Constitu- tui*. Ubi adverte, quod si Sacerdos a suo Episcopo suspendatur, non potest extra Dicecesim sacrum facere: Etenim jus commune licet non tribuat præcepto Episcopi vim ligandi subditum extra territorium, tribuit tamen hanc vim censuræ, quæ ubicumque terrarum ligat, ut constat ex usu Ecclesiæ.

Resolves secundo, quod si Episcopus per statutum velit, ut homicidæ sint excommunicati, & Petrus deinde vulneret aliquem intra Dicecesim vulnere non lethali, ac deinde extra Dicecesim, aut in loco exempto consummet homicidium inchoatum, non incurrit excommunicationem, ex Laym. loc. cit. num. 6., & Suar. disp. 5. sect. 5.; quia statutum ex propria natura territorium afficit, & intra ejus limites se continet.

Resolves tertio, quod si Petrus Neapolitanus graviter læserit Titium in Dicecesi Neapolitana, & postea fugiat, poterit ab Episcopo Neapolitano per Censuram cogi, ut satisfaciatur parti læsæ; quia quamvis post inflictum vulnus fugerit extra Dicecesim, pergit tamen per læsionem ibi relictam ibi quodammodo peccare; & sic tamquam subditus corrigi per Censuram, & puniri potest.

Ultimo; Si Sacerdos aliquis extra Dicecesim fungatur legatione Episcopi, vel Capituli, tunc ratione talis muneris est subditus Episcopo, vel Capitulo, ita ut si extra Dicecesim delinquat, possit a suo Episcopo per censuras corrigi; ut ex communi docet idem Con.

Adverte tamen primo ex eodem Con. num. 63., pariformiter discurrendum de subdito extra Dicecesim, ac de subdito in loco exempto intra

Dicecesim existente, & delinquentem, quia Episcopus non plus juris habet hic, quam ibi. Ex Suar. autem non intelliguntur loca exempta intra Dicecesim Monasteria, sed aliquæ Patriarchiæ exemptæ, & similia; quia in Monasteriis Superior tantum habet jurisdictionem in personas, non in locum; unde si subditus Episcopi in aliquo Monasterio existat, & delinquat, potest ab Episcopo puniri; Aliter dictum remaneret impunitum, cum Prælatus regularis non possit illud punire per hoc, quod sit factum in Monasterio. Dian. tamen part. 10. tract. 14. resol. 7. ex Baucio, Bord., Bonac., & aliis, putat, eodem modo discurrendum de Monasteriis intra Dicecesim, ac de aliis locis exemptis. Immo addit, quod si in Monasterio exempto crimen committatur, non solum non incurritur excommunicatio, sed nec reservatio peccati facta ab Episcopo, non secus ac si extra Dicecesim committeretur. Equidem exillimo, a sententia Suarii non esse recedendum.

Adverte secundo, quod quamvis Episcopus non possit extra Dicecesim ligare censuris subditos suos, potest tamen Prælatus regularis: Disparitas est, quia Episcopus habet immediatam jurisdictionem in territorium, & ratione territorii in personas, quæ de- cuntur ei subiecte ratione domicilii, beneficii, aut Officii: Contra vero Prælatus regularis habet immediatam jurisdictionem in personas, adeoque habet potestatem ferendi censuras in suos ubicumque terrarum existentes.

X. Quaritur septimo; An statuto generali continente censuram comprehendantur etiam ii, qui post promulgationem acquirunt in tali loco domicilium, & sic fiunt subditi? Verbi gratia, si Episcopus Neapolitanus excommunicet suo statuto omnes, qui furantur in templo; & Titius post

promulgationem talis statuti acquirat Neapoli domicilium, & furetur in templo, incurrit ne excommunicationem?

Respondeo affirmative cum Suar. disp. 5. sect. 5., Con. dub. 7., Hurt., & aliis communiter. Ratio est, quia tale statutum, seu edictum non solum habet vim, dum publicatur, sed quantumdiu durat; quare cum Titius per acquisitionem domicilii fiat subditus, dum vim habet tale edictum, consequenter eo comprehenditur.

Secus accidit, si Censura non feratur per edictum generale, sed per sententiam particularem, quæ factum aliquod particulare respiciat; Verbi gratia, si Episcopus Neapolitanus post furtum aliquod commissum præcipiat sub pœna excommunicationis, ut quicumque novit fures, debeat illos revelare, & Titius post promulgatum hoc præceptum fiat incola hujus Civitatis, & noscat fures, probabiliter non tenetur eos revelare, ex eodem Con. num. 60., Avil., Sylvest., & aliis; quia scilicet talis sententia fertur per modum præcepti transeuntis, adcoque simul, & semel totam vim suam exerit, & exercet; Quare eos solum ligat, qui sunt subditi, quando promulgatur, non vero Titium, qui post promulgationem fit subditus per acquisitionem domicilii.

XI. Quæritur octavo; Quid requiratur, ut aliquis dicatur subditus alicujus Episcopi?

Respondeo, aliter discurrendum de subdito relate ad forum gratiosum, & Sacramentale, seu relate ad suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ, & aliter de subdito relate ad forum contentiosum, & pœnale, seu ad censuras, quibus potest ab aliquo Episcopo ligari.

Et quidem relate ad suscipiendum tempore Paschatis Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ a proprio Sa-

cerdote, dicitur aliquis esse hujus, vel illius Diœcesis, seu Parochiæ per hoc, quod in hac, vel illa habeat domicilium, vel quasi domicilium: Ad acquirendum autem in aliqua Diœcesi, vel Parochia domicilium, vel quasi domicilium, duo requiruntur, ut docet Laym. tract. 6. cap. 7. ex *leg. Domicilium*, videlicet animus, & factum; pro animo intelligitur propositum permanendi ibi saltem diuturno tempore; pro facto intelligitur ipsa actualis habitatio; ita ut actualis habitatio cum animo permanendi ibi perpetuo acquirat domicilium simpliciter; cum animo tamen habitandi ad non modicum anni tempus, seu pro majori parte anni acquirat quasi domicilium.

Hinc sequitur primo, quod si domicilium habens in Urbe ad Villam se transferat ratione vindemiæ, vel messis, non censeatur ad Parochiam illius Villæ pertinere; atque adeo si ibi non electa sepultura decedat, non in Ecclesia Villæ, sed in sua Parochia sepeliendus est, ex *Cap. Qui, de Sepulturis in 6.*

Sequitur secundo, eum, qui Neapoli studiorum causa versatur, quamvis paternum domicilium habeat alibi, esse tamen quoad Sacramentum Pœnitentiæ, & Communionis recipiendum Diœcesis Neapolitanæ, in qua vere habet quasi domicilium: Et idem dicas de militibus, litigantibus, mercatoribus, &c. Verum non est eadem ratio quoad suscipiendum Sacramentum Ordinis; quia ad suscipiendum hoc Sacramentum ab Episcopo alicujus Diœcesis, non sufficit habere quasi domicilium in illa Diœcesi, sed requiritur domicilium simpliciter, vel origo, vel beneficium.

Sequitur tertio, quod si Titius in duabus Parochiis domicilium habeat, & modo in una, modo in altera habitet, liberum fit illi in utralibet Sacramenta recipere,

eo quod utriusque Parochiae censetur. Ita Suar., & alii communiter apud Laym. loc. cit. contra Palud., & Antonin., qui volunt debere Sacramenta recipere in ea Parochia, in qua tunc temporis habitat: Verum Suar. advertit, quod si Sacramenta recipiat in ea Parochia, in qua de facto non habitat, debeat reddere certiore alium Parochum, in cujus Parochia habitat, quod Sacramenta receperit.

Est tamen difficultas de vagabundis, & peregrinis; A quonam Parocho debeant Sacramenta recipere? Differunt vagabundi a peregrinis; quia isti alicubi domicilium habent; illi vero nullibi, eo quod nullibi habitant animo permanendi.

Circa Vagabundos, Suar. disp. 25. sect. 2. ex Sylv., Sot., Medin. putat teneri ad confitendum Parocho ejus loci, in quo actualiter versantur, vel alteri de ejusdem Parochi, aut Episcopi licentia; quia cum domicilium non habeant, actualis habitatio succedit loco domicilii; Praesertim quia Parochus ejus loci tenetur vagabundis administrare Sacramenta, & potest illos ad praecipuum Paschale implendum compellere: At Laym. loc. cit. ex Palud., Anton., & aliis putat, vagabundos posse confiteri cuilibet Confessario, qui in ea Dioecesi, in qua versantur, vel ordinariam, vel delegatam habeat potestatem, & a quolibet Parocho talis Dioecesis recipere Sacramentum Eucharistiae: unde si vagus versetur hic, & nunc in Parochia A, potest confiteri, & communicare in Parochia B ejusdem Dioecesis. Ratio est, quia determinatio Ecclesiae facta per domicilium non habet locum in vagabundis, qui domicilio carent. Addit proinde Laym. pertinere ad Episcopum, in cujus Dioecesi versantur, illos ad Sacramenta recipienda compellere, vel per Paro-

chos, vel per alios habentes delegatam jurisdictionem.

Circa Peregrinos vero, communis sententia fert, posse illos ex tacito Ordinariorum consensu consuetudine confirmato Sacramenta Confessionis, & Communionis recipere a quolibet Sacerdote habente ordinariam, vel delegatam potestatem in eo loco, in quo versantur; Idque etiam de Confessione, & Communione Paschali intelligendum esse significat Cajet. V. *Absolutio* ex declaratione Eugen. IV. apud Layman. loco cit., si scilicet ad propriam Parochiam facile accedere non possunt; Debent tamen testimonium annuae Confessionis, & Communionis dare suis Parochis illud postulantibus, quando in suam Parochiam sunt reversi.

Rogabis nunc; Quomodo aliquis dicatur subditus alicujus Episcopi relate ad censuras, ita scilicet ut ab illo possit censura ligari?

Respondeo, ut possit aliquis tamquam subditus censurari ab aliquo Episcopo; Primo satis est, quod habeat in Dioecesi talis Episcopi domicilium, vel (ut probabiliter docet Con. dub. 7.) quasi domicilium, vel quod sit membrum alicujus Communitatis subiectae tali Praelato.

Secundo satis est, si delinquat in territorio ejus, qui praecipuum tulle sub censura; nam ratione delicti commissi in tali Dioecesi fit subditus Episcopi illius; dummodo tamen delictum sit contra jus naturale, aut divinum, ut explicavimus quae sit. 5. in quo casu, quamvis non incurrat excommunicationem delinquendo, sicut incurrunct cives, potest tamen sub poena excommunicationis cogi ad satisfaciendum parti laesae: Etenim ratione delicti fit subditus ejus loci, dumtaxat in ordine ad punitionem.

Tertio satis est, si in aliquo territorio sit incepta causa post legitimam

nam citationem; Quare si post citationem Reus mutet locum, & non compareat, potest abfens excommunicari, ut notavit Abbas num. 6.

Quarto demum, censurari potest ut subditus a quovis Episcopo quicumque censuram talis Episcopi violavit, communicando, verbi gratia, cum excommunicato ab illo. Et ratio est, quia cum excommunicatus ab uno Episcopo sit ubique terrarum excommunicatus, & quilibet cum eo communicans incurrat excommunicationem minorem, poterit consequenter a tali Episcopo quilibet admoneri, & sub pœna excommunicationis majoris compelli, ne cum tali excommunicato communicet, ut patet ex cap. Statutum, de Sententia Excommunicationis in 6.

ARTICULUS IV.

Quam ob causam ferri possit Censura.

- I. Excommunicatio ferenda sententia quandoam indicitur pro culpa levi; & quando pariter suspensio, & Interdictum?
 - II. Excommunicatio major incurri potest, si imponatur ob rem de se levem, qua tamen ex circumstantiis, aut ratione finis sit gravis.
 - III. Minor excommunicatio imponitur etiam pro culpa levi; cum sit pœna levis, quatenus facile tolli potest.
 - IV. Pro peccato mere interno censura infligi non potest; Nec pro externo simpliciter levi. Potestas ferendi censuras cum resideat in hominibus, quamvis sit spiritualis, non respicit, nisi per accidens, actus internos. Cur possint peccata interna reservari; necnon vota interna dispensari? Ut puniatur censuris actus externus, debet hic de se esse
- Pars VIII.

se malus, quamvis requiratur aliquis actus internus, ut censura incurratur. Cur censuris puniri possit, qui recitat horas sine attentione, aut celebrat sine intentione consecrandi?

- V. Nequit puniri censuris peccatum, quod precise est contra ius naturale, aut divinum; nisi simul sit contra preceptum Ecclesie. Pro foro interno, ut censura incurratur, requiritur contumacia vera; pro foro autem externo sufficit presumpcia. Hinc pro peccato mere preterito censura infligi non potest, nisi inadquate; Nec sine prævia monitione, & comminatione. Ut autem declaretur quis excommunicatus, prærequiritur citatio, quando delictum non est notorium.
- VI. Etiam si Reus de Crimine sit convictus, nequit sine prævia monitione excommunicari a iudice: Hinc nequit sub excommunicatione ferenda sententia prohiberi peccatum, quod tractum successivum non habet, puta, Blasphemia.
- VII. Propter peccatum alienum potest quidem Suspensio, aut Interdictum ferri, non tamen Excommunicatio.
- VIII. Ut censura incurratur, requiritur Voluntarium sufficiens ad peccandum mortaliter; Hoc tamen non semper sufficit.
- IX. Peccatum, propter quod incurritur censura, debet esse in suo genere completum.
- X. Censura lata contra aliquid facientes non comprehendit Consules, aut Mandantes, nisi id exprimat, & Consilium, aut Mandatum influant. Quando tamen dicuntur influere? Quid si eos puniteat, anrequam effectus sequatur? Cur mandans non equiparetur in casu nostro facienti?

C

I. Cer-